

ficiis, et munificentia libros orthodoxos, ad propagandam in patria mea Religionem, et Evangelium Chrimihi comparavi. Verum iam tempus instat, ad Ecclesiam Constantinopolitanam redire, cuius membrum sum, et libros istos mecum habeo, satis oneris, et ponderis. Pro quorum portoriis, et navigiis, magni sumptes mihi faciendi sunt, qui vires meas excedunt, quandoquidem, et iter satis longum est: ideoque sciens vestram pietatem, liberalitatem, et clementiam, ad vestras Excellentias, cum hoc libello suppliciter accedo, ut vestram liberalitatem, conferre dignemini, quemadmodum et Illust. et Piet. Ordinis fecere, ut in gratiarum actione, quam hic agere debeo, similiterque vestram benignitatem annumerem: eiusdem enim Pietatis et Religionis estis. Ad me vero quod attinet, hic et in patria mea, non immemor ero, vestrorum beneficiorum, et praedicator promptissimus, ut Deum optimum oro, ut vobis omnibus semper benedicat, et omnem abundantiam concedat, ut et hic honorem, et laudes, piis hominibus debitis consequamini, et in futurum coelestem gloriam; quod faxit Deus optimus maximus sua gratia et misericordia.

Nathanael Conopius (α).

Ὁ ἐκδότης Κολομέσιος σημειοῦται τὰ ἐξῆς. Is est Nathanael Conopius Cretensis, qui Batavis pollicitus erat se Calvinii Institutionem in Graecum sermonem versurum, idque in gentis suae usum.

σελ. 403. Ματθαῖος ἱερομόναχος, Κύπριος. Περὶ τούτου λέγει Νεόφυτος ὁ Ροβινός τὰ δε., „Ματθαῖος ἱερομόναχος Γαλατινὸς ἀπὸ ταῖς Γαλάταις ἐσπούδασε καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Ἰταλίαν· ἐδίδασκε ἑλληνικὰ γράμματα εἰς τὴν Κύπρον (περὶ τὸ ἔτος 1610), εἰς

(α) Gerardi Ioann. Vossii et Clarorum Virorum ad eum Epistolae. Londini, 1690 p. 145.

